

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Exercitatio theologica de fragrantia Christi quam ex 2.
epist. ad Corinth. 2, 15.16**

**Buddeus, Johann Franz
Naumann, Tobias Gottfr.**

Ienae, 1712

VD18 11426357-001

§. XIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-130634](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130634)

§. XIX. Ex hisce autem colligimus, cur nostro in loco vocetur *εὐωδία χριστῆ*. Interim hoc tantum adhuc notamus, vocem euangelii eiusdemque ministerium, duplici respectu *bonam* dici *Christi fragrantiam*. Primo respectu Patris coelestis, cui Christi oblatio, quae in euangelio annunciat, magis placet, quam hominibus odor suauissimus. Non autem in iis solum, qui illud ut odorem Christi bonum recipiunt, est oblectatio DEI, sed etiam in iis qui pereunt. In saluandis namque inclarescit gloria misericordiae eius: in his autem, qui contumaciter se euangelio salutis opponunt, ac pereunt, innotescit laus iustitiae, *Rom. XI. tot.* Secundo tanquam bona fragrantia omnibus offertur hominibus, tum fidelibus, tum infidelibus. Fidelibus, vera fide istud recipientibus, salutem confert aeternam, adeo, ut non odoris instar boni solum illis offeratur, quin potius, quod maius longe est, *iis odor est vitae ad vitam.*

SECTI-